manuscript

Seite 68r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36453
Copyright: Melk, Benediktinerstift

concepta et eius concepcio · eius natiuitas · eius quod fuit sanctum
et mundum ac pulchrum fuit · Et si nulla macula in ea
fuit · quia sic dicit spiritus sanctus · et macula non est in te · que ma-
cula idest originale vel actuale peccatum satis fuit in ea
ad essendum nisi manus dei in ipso actu concipiendi interpo-
sita fuisset sine metu · absque omni diffidencia cum pietate
christiane religionis · uenite et adorate scabellum pedum
eius · idest Mariam matrem saluatoris ut dicat seruus mimus
que est scabellum pedum domini · idest sedes et uenit aliquoqz sanctissi-
ma illa · in qua deus incarnatus est quam sanctam est · Sancta in concepci-
one · sancta nativitate · sancta spiritu · sancta corpore ·

Item si concepcio beate Marie quia ipsa est concepta sancta
non est · nec nativitas eius sancta est · quia eadem est concep-
cio et nativitas ut dicit Gregorius his verbis in moralibus. Homines nisi tuc esse incipiunt · cum in matrum suarum
uentre nascuntur. Nam ipsa quoqz concepcio nativitas dicitur.
iuxta hoc quod septum est · Quod in ea natum est de spiritu sancto est · Sed
eius concepcio ut mirabilitudinitas tue sancte cantinuat.
sancta non est · quia de homine ac homine concepta est · ergo a simili sicut
patum est nativitas beate Marie sancta non est · Quare ergo eam
celebratis. Item dicit Augustinus · Nulla nativitas
est sine delectacione carnis · ergo nulla nativitas videtur
celebranda · sed falleris quia dicit augustinus in primo
libro de bono coniugali · nec propter nupciarum bonum libidinem
laudare debemus. Velut si quis spiritum pede niciato ad aliquod
bonum etiam claudicando puniat · nec propter claudicacionem
malum mala est illa puncio nec propter illius puncionis bo-
num bona est claudicacio. Unde in sequenti addit augusti-
nus · Intencio autem tenendi que sit in coniugali concubitu
non est peccatum · quia bona voluntas hominis sequente ducit

propter libidinis malum nupciarum non excusamus